



BIBLIOTEKA

Zakł. Nar. im. Ossolińskich

XVI

3650





25.

ECLOGA ARI STAEVS.

SCRIPTA DE MORTE CLA-
RISSIMI VIRI PIETATE DOCTRI-
NA ET VIRTUTE PRAESTANTIS D. VA-
LENTINI FRIDLANDI TROZEDORFII, O-
ptimè de Ecclesia et Republica Scholastica
meriti, qui post incendium Goltbergæ,
ubi Scholâ multos annos fidelissimè
et foelicissimè gubernauit, Li-
gnitij piè decessit 6. Cal. Marj.
Anno 1556.



ADDITA EST ET ELEGIA
in qua ipse TROZEDORFIVS
loqui inducitur.

Autore Nicolao Mylio Li-
betaliensi Silesio.

VVITEBERGAE

1557.

46 220

*Honoris et amicitiae aduersarij
Georgio Frobenio amico suo*

ECHO AVRIMONTANA MAR-
tini Kinneri de morte Aristaxi.

DA mihi te facilem uocalis Nympha roganti,
Ad uada dum Catti cœrula stabo: Echo: dabo.
Cur iuga, cur ualles, cur planctibus aer abundat?
Quid querula deflet uoce colonus? Ech: onus.
An memor antiquæ reputat sua damna ruinæ?
Ac gemit expendens tempora læua? Ech: læua.
Qui leuet hæc Deus est, Deus est qui corrigat ista,
Qui leuet alter abest ecce Frederus Ech: Herus.
Ergo gemit meritò, gemit ut Pandione nata
Deflet Ityn quandò uoce suavis, Ech: auis
Vnde sed hæc pecoris clades? ferus unde boatus?
An quod habet uulnus quo male tabet? Ech: habet.
An fera pastorum deplorat fata Magistri,
Quem tulit è medio Parca scœura? Ech: fera.
Quid facit ergo pecus, per prata quod herbida quondam,
Fortè ducem comitans se recrearat? Ech: arat.
O pecus infœlix ô tempus nobile quondam,
Tempus an hoc quisquam nobile sperat? Ech: erat.
Aurea tunc pecori facies, tunc aurea monti,
Tunc fuerant auro flumina strata Ech: rata.
Hoc decus ecce ruit, ruit ab ruit ecce columna,
Ecce pater patriæ Dux quoq; gnauus: Ech: auus.
Lucibus hic noctes hic luces noctibus æquans,
Fidus erat præses dum modo præerat Ech: erat.
Lugeat ergo pecus, Mœris pastorq; Silenus,
Ploret eas clades Faunus, Oreas: Ech: eas.
Ergo fleat Cattus, pater assonet Odera Catto,
Assonet & Mylio nunc Ridigerus: Ech: Herus:
Cedite luctifugæ mordaces cedite Momi,
Fallor? an est quisquam qui reprobabit? Ech: abit.
Grata Deo pietas est funera flere piorum,
Funera quæ possint saxa mouere: Ech: serè.
Nonne Deus iubet hoc, iubet hoc Lex insita menti?
Nonne, scatens amor est pectore, clamor? Ech: amor.
Cras igitur fletu uulsis è fronte capillis,
Busta petam templo credita manè: Ech: mane.
Oscula defuncto, referam pia uota recenti,
Per iuga qui Thabur cum grege uadit: Ech: adit.
Hæc ego dum perago dulcissima sacra, ualebis
O bene Syluestri condita Valle Ech. Vale.

CLARISSIMO VIRO SINGV-
LARI PIETATE ET VIRTUTE EXCELLENTI, D.
NICOLAO RIDIGERO, in clytę ciuitatis Vratisla-
uię Senatori, et studiorum Meccenati ob-
seruando, Nicolaus Mylius.

S. D.

Lvgubre sum tenui modulatus arundinę car-
Deplorans clari fata suprema uiri, (men,
Officij pietas illud mea debuit illi,
Muneris accepti tempus in omne memor.
Nam quia me tenero calamos inflare labello,
Et docuit tremulos ore ciere sonos :
Iurę igitur modulis illum mea fistula męstis
Fleuit, in exequias officiosa piās.
Quę simul ac nuper charum deslere Magistrum
Desierat, lachrymas iussa tenere suas :
Tunc ego cęruleum paulū spatiabar ad Albim,
Curaq; sollicito pectore talis erat :
Nempe, sua placida qui uellet sumere dextra,
Cui possem carmen uile dicare uiro.
Ecce repentę meas mihi uox ueniebat ad aures :
(Pierij uocem credo fuisse chori)
Pone tuas iuuenis curas, quod quęris, habebis,
En tibi tutorem, uersiculisq; tuis.
Elysię nosti clarissima męnia terrę,
De Vratislai nomine dicta Ducis :
Illic est Dominus multa uirtute benignus,
Qui Musas inopes largiter ære iuuat :

A 2 Rydin

RYDINGERVS is est, celebri quis nomen in urbe
Nesciat? est stirpis gloria magna suæ,
Huic igitur fido carmen lugubre patrono,
Huic Mœcenati iurè dicare potes.
Hæc audita mihi uox curas abstulit omnes,
Et tacito pressi gaudia multa sinu.
Nec mora longa: tibi, uir præstantissime, mœsta
Vt fueram iussus carmina ferre, tuli.
Ergo uir excellens ne uilia munera spernas,
Munera de sterili quæ tibi rure damus.
Cum mihi maior erit mage culti messis agelli,
Tunc mea maiori scœnore dona feres,
Sic tibi sit scelix, qui iam nouus incipit, annus:
Sic tua propitius prouehat acta Deus.



ECLOGA ARISTAEVS.

PERSONAE.

Mœris. Tityrus. Silenus.

TITYRE quid uideo te sic incedere tristem? **MOE.**
Dic mihi, sollicito quas uoluis pectore curas,
Tristia cum gemitu ducens suspiria crebro?

Dicere præ nimio non possum Mœri dolore. **TIT.**

Ne retice precor, alterno sermone leuatur **MOE.**
Sæpe dolor, curæq; graues in corde quiescunt.
Me q; magnus habet dolor, hūc narrabo uicif-
(sim.)

Obsequar ergo tibi quamuis Podalirius herbis **TIT.**
Non uerbis, sæuos fertur curasse dolores.

Vt iam non repetam pecoris contagia nostri,
Quæ passus fumus & Vulcani damna nocentis :
Nescio Mœri nouas quas clades horrida nobis
Fata ferunt, ueluti crinitum nunciat astrum,
Æthera quod læuo contristans lumine nuper
Vidimus : exitio pecori, pecorumq; magistris
Hoc erit, heu rursus quot cernent funera campi.
Ignea siue sitis (procul absit ab omine pondus)
Siue neci dedet penuria graminis illa :
Siue iterum scabies, & lethifer ingruet annus;
Impius externis seu forsan miles ab oris
Irruet, & nostros miserè populabitur agros.

A s Ast

Ast ego quid uentura canos? quàm flebilis ecce
Iam status est rerum, modo circum lumina uerte.
Tempus erat, Zephyro placidè spirante foueri
Mollia quæ nasci debebant germina rerum:
Frigidus at Boreas, hyberno murmure perflans,
Omnia perturbat: riuus nec decidit ullus
In terras humber, flaccescit quidquid ubiq; est.
Montibus & syluis perit omnis gratia nostris.
Intereunt segetes, moriuntur gramina passim,
Gramine deficiente, pecus quoq; deficit omne:
Sicca domum referunt lactantes ubera matres,
Destituuntq; suos foetus in ouilibus ægros:
Rara etiam coeunt de lacte coagula pressa,
Caseus & posita uix ullus conditur olla.
Et maiora malis præsentibus insuper istis
Aduentura breui timeo (fors dicta refellat)
Cum Sol & rapidus torrebit Sirius agros.
Deniq; plura loqui mæror meus impedit ipsum,
Tu dolor ergo tuus qui sit da Mæri uicissim.

MOB. Tityre tu meritò deploras publica damna.
Et tua (quod forsitan nescis) præfaga futuri
Mens habet euentum satis isto tempore tristem.
Non est de nihilo metuendus crine Cometes:
Fallor? an effectus iam nunc sentimus acerbos?
Noster Aristæus, quo non magis utilis alter
Pascendo pecori, fatis sublatu iniquis,
Mortuus inter oues, teneros est inter & agnos,
Illos dum seruat uicinis exul in aruis.

Heu

Heu qd Mœri noui narras? cheu ne ita res est? TIT.

Est ita : nunc illinc uenio, uenerabile funus MOE.
Deduxi ad tumulū, lachrymisq; hæc ora rigaui.

Ah tãen hūc nob. reducem fore spes erat, unā TIT.
Cum grege formoso, quem secum duxit ab altis
Montib. ut nostros uastauit Mulciber agros
Ignipotens, humilesq; casas ut perdidit omnes.

Id quoq; speraui dudum, spe captus inani. MOE.
Pars licet huc pecoris redeat, nunq; ille redibit.

Ergo monticolæ Fauni, Dryadesq; puellæ, TIT.
In reditus expectati noua septa Magistri
Claudendis ouib. teneris ipsius & hœdis,
Sunt uob. magno nequicquam structa labore,
Omnis in hoc agri modo stabat gloria uestri,
Omnis in hoc uestri modo gloria concidit agri,

Sed dic Mœri mihi, q̄ nam lachrymabile cor
Ipsius, extremo terræ mandastis honore? (pus
Cumq; uia tu sis longa defessus, eamus,
Et salices istuc sedeamus subter amaras.
Nam neq; iam quicq; nobis est dulce relictum,
Dulcis Aristæus sua postquam fata subiuit :
Iã nec opaca iuuant patulæ nos tegmina quercus,
Tegmen Aristæus nostrum, gratissima semper
Et pecori, & nob. quoniam nos umbra reliquit.
Tityre

MOE. Tityre, si quis honos debetur morte peremptis,
Pompa fuit certè nostri memoranda Magistri.
Namq; ubi fama uolans, obitus prænuntia tanti,
Vndiq; finitimi populi uenisset ad aures,
Vndiq; continuè confluit maxima turba.
Cumq; darent signum campanæ tristè sonantes,
Sic ut eas etiam grauius doluisse putasses,
Quid facerent hōines & accendit omnib. ingens
Pectoribus luctus, lachrymæ funduntur ubiq;
Audisses simul & Faunos, & Oreadas, atq;
Naiadas, & doctas procul ex Helicone sorores
Propter Aristæum mœstis ululasse querelis.
Illum etiam saltusq; feri, montesq; lupini,
Duracq; Chrysoi fleuerunt saxa Lycæi.
Et iam uidisses multæ plangentia turbæ
Agmina, pro foribus funestis, flebile tecto
Corpus ubi feretro fuerat de more repostum.
Incipit hinc longo procedere in ordine funus:
Præcedunt pueri teneri, qui maxima cura
Semper erant uiuo, cantantes funebre carmen.
Sex subeunt iuuenes feretro, portātq; Magistrū,
Triste ministerium, sed onus non dulcius ullum.
Ponē sequebantur mœrentes agmine nigro,
Discipuli fuerant huius quicunq; Magistri
Pastores, iuuenesq; senesq;. Deinde secuti
Bis ter quinq; sacerdotes in uestibus albis.
Post proceres sumi: uenerandus deinde Senatus
Vrbis, & ex alijs qui uenerat urbibus illuc.

Non

Tum multi de plebe senes, pueriqꝫ, uiriqꝫ,
Fæmineufqꝫ chorus, nuptæ, innuptæqꝫ puellæ.
Postquam omnis comitum templo successerat ordo,
Funus ubi sacra deponebatur in urna,
Tunc ouium custos, noster bonus ille Silenus
Eloquio melior, tumulum prope constitit, imo
Corde trahens gemitum lachrimis ita cœpit obor-

(tis :

Ah miseros homines, & ineluctabile fatum,

SIL,

Quis fuit & horribilis lethalia uulnera mortis
Qui primus tulit in mundum, sine morte creatum ?
Non Deus, æternæ uitæ fons ille perennis,
Non est causa mali Deus ullius, autor habetur
Ipse modo rerum, quas fecit cunqꝫ, bonarum,
Sed uetus ille Draco, stygijs qui se extulit undis
Formosæ faciem mentitus uirginis, arte
Atqꝫ dolo instructus, primæuæ proh dolor Euæ
Suasit, ut illicitos decerperet arbore fructus,
Et cupidis uetitas temeraret dentibus escas.
Prima mali fuit hæc labes, & mortis origo.
Credula sic mulier, muliebria uirqꝫ secutus
Furta, genus totum merferunt morte profunda.

O dixisset Adam, uerbis non captus amicis:
Reiſce poma manu mulier, latet intus acerba
Mors, non uita latet dulcis, sapientia pomis
Non latet in pulchris, quæ maiestate uerendus
Ediderit nobis, meministi, iussa creator :
Nempe quod illa dies, quæ foetus arboris esse

B

Nos

Nos interdictæ cernet, mox morte necatos
Mittet ad infernas nigra Ditis regna paludes,
Lex est ista Dei, lex immutabilis hæc est.

Forſitan Eua ſui monitis reſpreſſa mariti,
Non guſtaſſet, & æternum manſiſſet in æuum
Dulcis, & innumeris nos rebus uita beata,
Nunc uerò miſeri fatiſ urgemur acerbiſ,
Languida carnifices cruciant nunc corpora morbi,
Nunc ſumus omniuori uiliſſima pabula lethi.

At Deus omnipotens, rerum fabricator & autor,
Dignatus merſis hominum ſuccurrere rebus,
Conſuluit bene noſtræ animæ, q̄d corpore migrans
E gelido, tenues non euaneſcit in auras,
Nec cæcum, niſi quæ non credit, tendit ad Orcum,
Sed ſubit aſtrigeri ſcelicia limina Cœli.
Et quamuis tellus exanguia corpora condat
Mole ſua, tamen hæc etiam manet altera uita,
Nam bona ſœcundis ut mandant ſemina ſulcis
Agricolæ, ſeges ut lætiſſima pullulet inde:
Haud aliter gremio telluris corpora ſicco
Abſconduntur, ut hinc rediuiua reſurgere quondam,
Ad propriasq; queant animas renouata reuerti.

Nam Pater omnipotens, animam cum corpore
Plectere perpetua, quando certiffimus eſſet, (morte
Ob ſcelus infandum, iuſtam commotus ad iram:
Dilecti

Dilecti rursus per uerba precanti Nati
Mitior est factus : quia Natus uota uouebat
Per proprium caput, amissam reparare salutem
Quod uelit humani generis, sarcire ruinam
Quodq; uelit factam malesuadi fraude Colubri,

Hac ratione Pater fixa de lege stupendis
Ipse modis dispensauit, dextraq; leuauit
Propitia magnæ commissa piacula culpæ,
Vitam perdidit mulier temeraria, puræ
Virginis instauranda fuit de semine uita :
Viraq; mortifero fuerat deperdita ligno,
In ligno reparanda fuit : Serpensq; proteruus
Conculcandus erat, caput horum & causa malorum,
Lapsus homo fuit, in peius secum omnia uertens :
In melius qui collapsas res uerteret, alter
Quærebatur homo, sed ab omni crimine purus,
Crimen atrox obita qui tollere morte ualeret.
Sic in mente Dei diuina statuta ferebant,

Nullus at heu toto fuit inueniendus in orbe,
Infanti mortem meritam qui morte piare
Vnus pro multis posset, uitamq; referre.
Filius ergo Dei, coelo demissus ab alto,
Est mortalis homo factus, conceptus ab aura
Cœlesti, & purus pura de uirgine natus:
Et rigido fixus ligno, mactatus ut agnus
Innocuus grege pro toto : pedibusq; nefandi

Sibila colla hydri contriuit, ouesq; rapacis
Eripuit de fauce lupi, atq; ex morte receptas
Morte sua, saluas in ouilis septa reduxit,
Ceus pastor bonus, & rursus donauit Olympo.

Namq; reuiuiscens superas euasit in auras,
Ad dextramq; sedens, multo sublimis honore
Æterni patris, cupidis nunc suscipit ulnis
Ipse pias animas, cum corpora fessa relinquunt,
Quin etiam quondam, mundi sub luce suprema,
Corpora de terris, imisque exorta sepulchris,
Quæq; suis animabus iunget, ut ante fuerunt
Iuncta, sed insueta iam tum splendentia luce,
Amplius & nullis finet esse obnoxia fati,
Sed dabit his uitam per secula cuncta beatam,
Exitus iste manet corpusq; animasq; piorum:
At mala turba luet iusto sub iudice pcenas.
Hæc rata nunc animos firmant solatia nostros.

Attamen intereã deflemus iurè uirorum
Funera præstantum, truculentæ mortis auara
Quos manus è medio tollit, quorum usus in orbe
Plurimus esse queat, quos currere secla decebat,
Secula quæ ceruus, quæ cornix improba ducit.
Sed sic fata ferunt: pereunt prius optima quæq;
Aspicias ut uiolæ molles, ut lilia pulchra,
Puniceæq; rosæ fugiant cum Vere tepenti,
Ast urens urtica manet, manet horrida lappa:

Sic

Sic homines inter pars optima quæq; bonorum
Prima cadit, uitam dum turba indigna moratur :
Sic hic noster Aristæus superesse per annos
Nestoreos qui debebat, iam lumine cassus
Effossæ tenui tumulatur puluere terræ.

Heu quantum terris fatalia Numina nostris
Eripuere decus : Quis fando funera tanta
Dicere pro merito, tantos quis fundere fletus
Possit Aristæi quantos iam fata requirunt ?
Heu pietas, heu magna fides, & Apolline dignum
Doctrinæ genus : haud quisquam regionibus istis
Par illi cantare fuit, seu pasceret agnos
Cum teneris hædis, seu quando armenta per agros
Seruaret pingues : erat illi fistula dulcis
Dulcisonas uario referens discrimine uoces.
Paruus adhuc armenta puer cum pasceret, illi
Carmina dictarunt Musæ, quæ cortice scripsit
In leui, calamum dabat illi canna palustris,
Vndis mixta dabat nigrum fuligo liquorem,
Quem, pia caseolos mater qua presserat antè,
Testa ministrabat scribenti, dexteraq; ipsis
A Musis informabatur, & omina primum
Magna rudimentum pueri dedit. Haudq; moratus,
Artis amans, iter externas suscepit in oras,
Magnum ubi per syluas imitari Pana canendo
Cœpit, & argutos Philomelæ discere cantus.
Reddere quos didicit sic, ut foelicius illo

Nemo queat suaues Philomelæ reddere uoces,
Quas residens densa foliorum cincta corona
Edit, mellifluo demulcens carmine mentes.

Deniq; iam rediens insignis ab arte canendi,
In patriam secum, nec non hanc primus in oram
Harmonicos multa calamos tulit arte politos.
Et primus gracili modulari carmen auena
Instituit sacrum : foelici tempore ab illo
Coeca superstitio fugit procul inde repulsa,
Barbariesq; simul : feritatem protinus omnem
Omne pecus posuit, pastorum uocibus aures
Dans semper faciles, seu pascua manè petebat
Pinguia, siue domum sera sub nocte redibat.
At si quisquam aries lasciuior auius ibat,
Nec monitis ullis esset reuocabilis, ille
Torta suo tandem perpessus uerbera tergo,
Mox gressus reuocare, uiaq; insistere rectæ,
Et dehinc sponte sua semper parere Magistro,
Soliuscq; regi coepit modulamine uocis :
Ceui bonus Amphion, cithara dum lusit eburna,
Thebanos, ultrò durissima saxa coire
Viderat in muros : Ceui quondã Thracius Orpheus
Dulcè lyra resonans, syluas se spõte sequentes
Vidit, & ex imo manes Acheronte reduxit.

Dulcis Aristæi celebri rumore, coloni
Acciti, procul hinc illinc uenere, suumq;
Commisere

Commisere illi pecus: aduenere subinde
Pastores alij, natos sua pignora charos
Ducentes ad eum, monitis parere iubentes
Ipsius, èq; ipso cantandi discere morem.
Quàm fuerit diues pecoris, quàm lactis abundans,
Vos satis ò populi scitis, uos commoda multa
Cepistis per eum, longinqui commoda campi
Senserunt etiam: nostro nihil indiget ore
Fama uiri tanti multis celeberrima terris.

Hei mihi præsidium quantum Silesia perdis.
Hactenus in syluis medijs, & uallibus imis,
Nil sæuos timuere lupos armenta, gregesq;
Herbida sed passim peragrarunt pascua tutò:
Pastor Aristæus uocali dulcia uoce
Carmina dum caneret, noctesq; diesq; uocaret
In pia uota Deum, tranquillæ tempora pacis
Ruricolis, pecoriq; petens, pecorumq; magistris,
Req; ferens ipsa, non solo nomine, pacem.

E uiuis illum fera postquam fata tulerunt,
Insidias pecus occultas, sæuasq; rapinas,
Et uirosa timet grauè olentis pabula campi:
Frigidus Agricolis fluit in præcordia sanguis,
Pastoresq; omnes gelida formidine pallent:
Dum propè iam nostris uastator finibus hostis
Turca ferox, rabidisq; lupis immanior ipsis,
Ingruit, ingentes prædas acturus in aruis.

Lasciuas

Lasciuas procul abducat de matre capellas,
Et gregis innocui miserè laniabit ouile,
Nos procul hinc alij Scythicas rapiemur ad oras,
Et niue manantem gethica potabimus Istrum :
Pars scedè nostrùm iugulabimur ante Parentum
Ora, cruentatam plangentes pectore terram,
O utinam prius abrumpant mea stamina Parcæ,
Quàm uideam campis fieri tam tristia nostris.
Si mihi multa forent cum linguis plurib. ora,
Non mala cuncta tãen numero cõprehendere possim,
Ante oculos quæ sunt, & quæ uentura trahuntur.

His ereptus Aristæus de cladibus, alto
Securus fruitur cœlo : (gratamur honorem)
Nos miseri tantis sumus obuia turba periclis,
Hoc ærumnosum uitæ dum degimus æuum,
Scilicet è medio sic optima grana leguntur,
Et leuib. paleis tristissima poena paratur.
Cernitis ut multi fera Bachanalìa uiuant,
Quos neq; præteriti, neq; temporis ulla futuri,
Præsentisq; nihil moueant mala : scilicet ultrò
Cladibus irruimus magnis, finisq; propinquat
Deliri mundi, sua quem iam fata fatigant.

Ergo Deum oremus, nobis ut leniat iram
Ipse suam, nimiùm quam nos meruisse fatemur.
Et quoq; nos tandem lachymarum ualle solutos,
Transferat in cœli multùm foelicia regna,

Tu nunc

Tu nunc æternum salue uenerande Magister,
Æternūmq; uale nobis: nos inde uocamur
A tumulo ad lachrymas alias, aliosq; dolores.

Talia fatus erat: percussis mentibus omnes
Ingentes planctus, fletusq; dedere profusos.

MOE.

Mœri sepulturam certè mihi dicis honestam,
Et fuit exequijs certè dignissimus illis.
O te foelicem qui pars aliquota fuisti
Funeræ turbæ, comitantis funus ad urnam:
Infœlix ego qui dicar pars nulla fuisse.

TIT.

Tè ne igitur potuit tam res manifesta latere?

MOE.

Ex quibus id scirem, nuncq; digressus in urbem,
Cum grege lanigero solis in montibus errans:
Ipse quidem dirus fatali carmine bubo,
Balatusq; frequens ouium, prædicere funus
Triste mihi poterant, si mens non læua fuisset.
Mirabar tamen errantes quid nam sibi uellent,
Quid solitam nollent attingere graminis herbam,
Quid potum ductæ nollent libare fluenta:
Mirabar uolucres omnes per inane tacere,
Sola suum dum fleret Ityn mœstissima mater,
En hoc illud erat: custodis fata fidelis
Luxerunt pecudes, & aues, syluæq; feræq;
Quid faciant homines? faciant cum talia bruta.

TIT.

C

Nunc

Nunc ego, supremum quò dem quoq; munus
Cras, ubi sol oriens currus è gurgite tollet, (amico,
Ocyus alta petam sacri delubra sepulchri,
Illaq; feralis decorabo fronde cupressi,
Et flores circum collectos undiq; spargam,
Incisumq; notis hoc carmen grandibus addam:

Pulcher Aristæus, fama super æthera notus,
Eximius pecoris custos, hac conditur urna,:

FINIS Eclogæ.

ELEGIA.

D. Trozedorfus loquitur.

CUM puer à patrijs olim proficiscerer oris,
Arte celebratos certus adire uiros:
Et mea me mater tunc prosequeretur euntem,
Quà prope Gorlitium Nissa per arua fluit.
Multa mōens, fugienda docens, faciendaq; mādans,
Addidit hæc lachrymis ultima uerba suis:
Nate meæ requies, & spes mea magna senectæ,
Accipe cum uotis iussa uerenda pijs:
Ante diem quoniam charum tibi fata parentem,
Et mihi dilectum surripuere uirum,
Qui pater est uiduis, charisq; parentib. orbis,
Nos precor æternus curet ametq; Deus:
Auspice uade Deo, fili dilecte, manere
Inq; salutifera nate memento schola.

Hæc

Hæc pia, par ut erat, matris nunc iussa peregi,
Inq̃ Schola mansi, dum mihi uita fuit.
Nam puer, & iuuenis præclara Lycea frequentans,
Quæ Vuiteberga fouet, Liphia quæq̃ tenet:
Ingenuas illic didici foeliciter artes.
Arte renascentes doctè Philippe tua.
Artibus adiunxi quoq̃ relligionis amorem,
Et didici summi dogmata pura Dei.
Quæ tenebris magnis, tunc illucescere, pulsis,
Cœperunt opera magne Luthere tua.
Et tenuis mihi res quamuis fuit, attamen hæsi
In studijs, ipso prospiciente Deo.
Deinde Lares patrios, & dulcia rura reuisens,
Pieridum mecum munera multa tuli,
Lectâ tuli mecum renouati semina uerbi,
Semina per nullos interitura dies,
Atq̃ ea per patrios conabar spargere fines,
Et pius est patriam uelle iuuare labor.
Nec mora: rectorem ludî me suscipit urbs hæc,
Auri quæ montis nobile nomen habet.
Streñuus hîc seui doctrinæ semina ueræ,
Vsq̃ Catechesis prima elementa docens,
Maior & in uita mihi non fuit ulla uoluptas,
Stare, uel in tenero quàm residere choro,
Et blæsos audire sono titubante puellos
Optima scripturæ dicta referre sacra.
Interea, mea cura puer dum paruulus esset,
Audijt & nostros scœmina uirq̃ sonos:

Quandô die festo doctrinæ tradere summam
Me pueris uidit contio plena meis.
Artibus in reliquis etiam mihi dicere cordi
Non nisi quod pueris conueniebat, erat.
Magna nec affectans, tantum sum parua professus,
Officium pueris seruijt omne meum,
Illorum mores frenis astringere laxos,
Vel mihi præcipui cura laboris erat,
Liber & à reliquis curis, maiore uacare
Ut studijs possem sedulitate meis,
Et pueri uestris, ccelebs me uita decebat,
Quæ sic, ut careat labe, peracta mihi est.
Sed quanquam duxi, socia sine coniuge, uitam,
Non mea pignoribus stat tamen orba domus.
Quot Troianus equus quondam occultauit Achi-
Formauit natos tot mea cura pios. (uos,
Nec sum discipulos alio complexus amore,
Quàm quo amat affectu pignora chara pater,
Vtq; grauis res est nutritio : Sic (mihi crede)
Res grauis est mentes erudisse rudes.
Res grauis est alienigenos educere natos,
Si malè morigeri sint, docilesq; minus.
Sæpe puer nequam, quem non potuere parentes
Flectere, flectendus traditus ille mihi est.
Is puer innumeris mihi tempora nigra capillis
Infecit niueis, tempus & ante diem.
Sæpe meis etiam meritis respondit iniqua
Gratia, quod facili corde subinde tuli.

Deniq;

Deniq; multa tui feciq;, sed illa referre
 Desino, ne mea sint uerba modesta parum,
 Quæ fueritq; fides mea, qui, quantiq; labores
 Iudicium doctis ipse relinquo uiris,
 Sed tu chare puer, si forsitan utilis usquam
 Seu tibi consilio siue labore fui.
 Quid mihi pro meritis reddes? tantummodo grates
 Solue Deo dignas, & memor esto mei.
 Omnia quæ feci, diuinum propter honorem
 Me fecisse suum, scit satis ipse Deus.
 Iamq; meæ uitæ, uario discrimine ductæ,
 Lustra recensēbam, cum tribus, acta decem:
 Octo ferè τοῖς κατὰ τὴν χριστιανὰ πόλιν loquentem
 Viderat, Aonijs præses Apollo Chori:
 Dum tua mons Auri tibi prospera fata fuerunt,
 Et prius ignis edax quàm tua tecta tulit.
 Pòst Schola Lignitiã cum transferretur in urbem,
 Restabant uitæ tempora parua meæ.
 Spicea nam nondum successerat altera messis,
 Cum Lachesis legit fila suprema mihi.
 Inq; Schola (quod iurè probes) interq; docendum
 Vox mea destituit meq; scholamq; simul,
 Cum mihi præ manibus, simul & discentibus, esset
 Psaltria fatidici regia Musa libri.
 Utq; pius miles, non de statione recedens,
 Pro patrijs aris occidit, atq; focis:
 Sic in Palladijs ego longo tempore castris
 Æra merens, in ijs fortiter occubui.

Atq; ita (dante Deo) matris pia iussa peregi,
Inq; Schola mansi dum mihi uita manet.
Tantus habebat amor me iussa capeffere matris,
Omneq; me pietas ferre iubebat onus.
Matris enim non illa meæ modo iussa fuerunt,
Quæ mihi constanti mente tuenda dedit:
Sed dedit alma mihi genitrix Ecclesia, matris
Huius, amanda meæ uox ea matris, erat.
Ex me nunc ueram pietatem disce iuuentus,
Præcipuè studijs turba dicata bonis:
Exemploq; meo sanctæ parete parenti,
Quæ iubet in ludo uos remanere suo.
Qui pius huius erit uenerandæ matris alumnus,
Post quoq; cœlestis pars erit ille Scholæ.
Ille ego qui didici, docuiq; agnoscere Christum
Pectora iustifica purificante fide:
Ecce scholæ superum nitidissima templa frequento,
Cui doctor summus præsidet ipse λόγος.
Ipsius ante thronum capio iam gaudia plena,
Gaudia non ullis æquiparanda bonis.
Quæq; fide prius agnouî, uideo omnia coram,
Cuncta priore tamen lucidiora fide,
Dum sumus in terris, uelut in caligine, densis
Palpitat in tenebris nostra pusilla fides,
Cum sumus in cœlo, clarescunt omnia circum,
Atq; obscura prius, fit manifesta fides.
Fit manifesta fides, quia cernimus omnia coram,
Illustrata patent lumine cuncta Dei.

Eia igi-

Eia igitur uerbo, constanti pectore, sacro
Credite mortales : est rata uera fides.
Gnate Dei sanctum semper tibi collige cœtum,
Qui socius regni sit sine fine tui.
Tuq; Scholas serua, per quas tua gloria crescit,
Suffice Doctores, discipulosq; pios.
FINIS Elegiæ.

VERSUS CONTINENS MENSEM
& annum obitus 1556.

Fata TrosenDorfl signabit Mensis Aprilis.

DISTICHON EVNDEM AN-
num referens.

Fessa sVb eXtrVCto reqVlesCVnt ossa sepVLChro-
FridLANDI, CVIVs splrltVs astra tenet.

Aliud.

En CLarVs reqVlesClr Ibi TrocēDorfIVs, aVCtor
Et StVDII faVtor qVI IVVenlls erat.

ALIVD INDICANS ANNOS

ætatis 67.

Addē decem lustris tria, binos insuper annos,
Vita Trosendorfi prouenit acta p̄ij.

TOTIDEM ANNOS REFERT

& hoc distichon L. L.

Bis senis lustris annos superaddito septem,
Fridlandi prodit uita peracta tibi.

Verfus

VERSUS ALIQVOT MARTI-
NI KINNERI COMMEMORAN-

tes luctuosissima Silesiæ ac potissimum
ciuitatis Aurimontanæ
fata, expressis anno-
rum nume-
ris.

De fame Ann. 1552.

Arida Silesos æstate premebat egestas

De peste 1553.

IMpla Chyforeos LaCerant Contagla COLLES

De incendio 1554.

CÖCIDIt aCh rapIDos GoLtberga CoaCta per Ignēs

Obitus D. Trozedorfij 1556.

Chyforea CLarVs DeCeDIt reCtor ab arCe

Aliter.

En penetrat propero FRIDLanDVs aD æthera fato

Epitaph.

HIC pla FRIDLanDI Lactant hIC ossa SCholarChæ.

L.



